

**Sylva Feralis Manibus Beatissimis ... Matronae Luciae Weltziniae, Viri ... Dn.
Casparis Viereckii ... Coniugis quondam per XLVIII. annos ... Testandae
Condolentiae debito adfectu posita**

Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777235838>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.,
auf L. Welzin,
Chefr. des C. Bieregk.

27.

Rostock. 1668.

SYLVA FERALIS

MANIBUS BEATISSIMIS

Nobilissima, omniumq; muliebrium virtutum dotibus
decoratissima Matrona

L U C I Æ

natae

V V E L T Z I N I Æ,

VIRI

Nobilissimi, Generosi & Amplissimi

D N . C A S P A R I S
V I E R E C K I I ,

Equitis Megapolitani, Domini hæreditarii
in Meusal & Wentorf, Dominatus Bützoviensis Mare-
schalli hæreditarii, ac Reipubl. Rostochiensis Consulis

gravissimi,

Conjugis quondam per XLVIII annos ut delectissima

ita exoptatissima nunc desideratissima

Testandæ Condolentiæ debito affectu

posita

à

Professoribus & Amicis.

R O S T O C H I , Typis Johannis Kilii, Acad. Typogr.

4 III.



Væ tibi, VIERECKI, jam nunc
tumulabitur UXOR,
Hæc tibi perpétuò vita salusq;
fuit:

Nunc ubi cælorum TUA com-
migravit ad ædes,
Sit tibi jam VIDUO vita sa-
lusq; DEUS.

Is quoq; curarum sit mœrorisq; levamen,
Ille sit æxatis destina firma tuæ,

Canitie quemcunq; tuâ ROSA nostra decorem,
CURIA quemque capit, stet maneatque diu.

Generoso, Nobiliss. Amplissimoq; DN. COS. Fantiæ
maximo, erigendo, L.M. Q; scrib.

H. Dringenbergi
ACADEMIÆ RECTOR.

Bolognensis Amicis
T

T

Tu Venerande senex, meritis & honore beate;
Dilecta uxori verba benigna petis.
Id pietas suadet; virtutum juncta corona
Imperat, haec functam nobilitare potest.
O quoties functam moderatâ mente loquentem
Audiri, & blandè verba salutis erant.
Mutuus & constans semper duravit in annos
Radicatus amor, nec nisi morte ruit.
Et placuit Generose tibi vel morte maritæ
Jungi, ni Numen parceret usq; Tibi
Publicate longum possunt modo commoda virum
Imus cum summo verba salutis agunt.
Principibus constat Marescalli gloria ubiq;
Inde VIERECKORUM perpetuatur honor.
Cives solamen miseris, patriaq; parentem
Sapius auxilio, consilioque notant.
Defunctam inclamant miserorum crebra caterva
Munera pauperibus reddere sancta fuit
Hac generosa domus benedicta beata manebit
Nulla VIERECKORUM sors sequiora feret.
Interea Functam merito lugebis amice,
Nam fulcrum senii concidit ecce tui.
Sed presto DEUS est solator rebus in arctis
Roborat & firmat debilitata sumus.

Eternum

*Æternum valeat pia nobilis, optima conjux
Donec vos jungat magna tremenda dies.*

*In decidium Nobilissimæ Nobilis Matronæ DN. VIER-
ECKIÆ, hæc pauca in solarium Generosissimi
Dn. Hereditarii Mateschalli Butzov. & Consulis
meritissimi & integerrimi condolens dñs scri-
bere volui ac debui*

**Christianus Woldenbergius, Crempâ-
Holsat. Phil. J. U. D. Decretal. P. P. Ducal. Consist.
Assessor & Comes Palat. Cæsareus.**

Vir Generose; Senex Venerande; Amplissime Consul;
Nobilitatis apex; suave decus Patriæ:
Atria quid complex tua nunc, VIERECK, singultu?
Conjugis & vitæ Te superesse doles?
Illa quidem lævo rapta est tibi tempore, quem jam
Bis octo atque unum lustra peracta præmunt.
Namque erat egregium exemplar muliebris honoris,
Atque tuæ custos obsequiosa domus.
Hanc fore sperabas, quæ oculos tibi conderet, atque
Solveret exequiis justa suprema tuis.
Verum aliter visum est terræque polique potenti,
Qui regit arbitrio tempora nostra suo.
Quare age jam lacrymas & edaces desine curas,
Et cessa manes sollicitare pios.

Si

Si prior ad cœli tua conjux templa migravit;
Lux propè nunc illam, quæ tibi reddat, adest.
Hæc vos pos post paucas iterum conjunget aristas,
Et dabit æternâ prosperitate frui.

Supremi honoris & condolentie testande ergo
L.M.Q.F.

Joannes Bacmeisterus, Med.D.
& Pr. P.

Sapiens alta cadunt, quamquam mittuntur in imo,
Tangitur & quercus sapiens igne poli.
Nulla salus Morti, mors /ceptra lagonibus aequat,
Conformat miseris atria magna casis.

Fortunate Senex! quid plangis spicula Mortis?
Mandatur terræ, quemadmodò terra fuit.

Manserunt nostrosq; manent sua fata nepotes
Natura lex est, carpere mortis iter.

Carpit iter mortis qua Marte & nobilis Arte,
Sed nunc in calis glorificata cluit.

Fortunate Senex lacrymas: Tu siste dolores
Filia, singultus Nobile siste Genus.

Johann. Christian. Beselin, J.D.

OPTIM

OPTIMI SENIS,
VIDUI MOESTISSIMI,
VERBA VALEDICTORIA
AD
JUGALEM DESIDERATISSIMAM,
TERRENIS SUBDUCTAM.

O sape mīmet tempore in anxio
Expertā, CHRISTO Conjugū Duce,
Quis te redonavit, Marita,
Duis Superis patrioq; Cælo ,
Splendor tororum prime jugalium?
Cum quā morantem sape diem prece
Fregi, fatigatus tepentes
Adsiduis lacrumis ocellos.
Tecum levamen Flaminis enthei
Sensi, fugatis anxietatibus,
Cūm fracta Virtus, atq; edaces
Cur & animum tetigere nostrum.
Sed me sub alba Cælicolum Pater
Terra senectā linquit adhuc feræ:
Te rursus in Cælum reducens
Uncta manus tulit angelorum.
Ergo obligatas reddē DEO preces,
Longāq; fessum militiā caput
Depone sub palmā Dei : nec
Parce bonis tibi destinatis.

Obl-

Oblivioso pectora gaudio
Heic flentia exple, funde sonantibus
Melisma fibris. Ego udis
Deproperare rosis coronas
Curovetaxo, tempora cui DEUS
Dixit dolendi. Non ego sanus
Plorabo Tharidâ. Peremptâ
Dulce mibi gemere est jugale.

o v d e n. y e g.

J. B. ZINZERLING. P

Groß-Schrift

HochEdelgebohrnen Gestrengen und Man-
vesten/ izo sehr betrübten Herrn Wittwer/ hochverdien-
ten Hn. Bürgermeister dieser Stadt.

Ne fester welche sein im Leben hie verbunden:
Je grösser ist der Schmerz je tieffer sind die Wunden/
Wenn einer durch den Tod vom andern scheidet ab/
Und eingescharret wird ins finster Todes-Grab.
Nun soll und kan auch nicht die Herzen mehr verbinden/
Als wann in feuscher Lieb sich zween zusammen finden.

O was für grosses Leid und schwere Herzens Pein
Muß unter sie entstehn/ wenns soll geschieden seyn!

HERR

HERR VJEREGK/ hoher Freund/ ihr must es auch erfahren/
Was das für Schmerzen sein/ die Liebste auff der Bahnen
Entblasset sehn stehn/ und was für grosse Noht
Und Trauren mit sich führt der Eheleute Tod.
Dies Edle wehrte Bild soll eures Hauses Stütze/
Eur Schatten/ euer Trost vor aller Kreuzes Hitzel
Im hohen Alter seyn/ so scheidet sie von euch/
Und gehet aus der Welt ins lange Freuden-Reich.
Da winselt/ ächzet ihr/ und flaget über Schmerzen/
Die dieser Todes-Fall erwecket eurem Herzen:
Ihr wollet ohne sie im Leben länger nicht
Verbleiben/ euer Sinn ist stets auff sie gericht.
Allein Hoch Edler Herr/ stellt ein das harte Klagen
Und lasset nicht so sehr das Herz die Schmerzen nagen.
Der hochbegabten Seel' ist nunmehr ewig wol/
Weil sie von Angesicht Gott immer schauen soll.
Es wird nach Gottes Raht Eur sehnliches Verlangen
Auch werden eins gestillt/ da ihr die bald umfangen
Mit grossen Freuden sollt/ so ihr vor an geschickt.
Wann ihr ins Himmels Saal zu ihr werd hingerückt.
Nun Gott erfülle Euch mit vielen Trost und Segen
Und lasse sich die Flucht des Unglücks nunmehr legen:
Im Alter geb Er doch gewünschten Fried und Ruh/
Und drückt nach langer Zeit euch selbst die Augen zu.

Zacharias Grapen/ Tho Lyc.
& Log. P. P.



